Puticuli

Affranius

Integata

Lacus un(de)

Stagon

Stagnu(m)

Stamnos

Anguli

puteos fiebant [puticulos] Affranius appellat a foraminibus puteo-
rum unde immittitur lux puticulos. Integata genus
comedie. Lacus dicitur a latitudine aque magna
[lata] lata ubique altitudine profunditate. Stagnu(m) s(ive) stagon
sig(nificat) guttam masculine et gutta est rotunda; hinc stagnu(m)
quia rotundam habet formam vel ab eo quod est stamnos
feminine et stamnos est urna et amfora que vasa
apud nos rotunda; hinc stagnum quod rotundum est dicitur et
ad prope villam stagnum sunt Anguli. anguli sunt edi-
ficiorum extrema et cum edificium sustinent videntur
angustiam i(d est) fatigationem et laborem laborare. aqua i(d est)
fluendo Stillicidia. stilla dicitur aqua dum cadit. stilli-
cidium appellatur a stilla cadenda. stilla a stando
gutta a manando. Stillatim guttatim. continuo semper
ambitu circuitu hoc abbreviatione i(d est) ab ambitu. Aternu(m)
aternus fluvius Amiternini et oppidum amiternu(m)
un(de) familia Sallustiorum ad urbem migravit. ami-
ternu(m) non distat multum ab aquila. Candidati
antiquo tempore qui magistratus petebant descendebant e
colle i(d est) e parte quirinalis montis qui iminet campo
martio. Campus ille erat latus et diffusus cuius
initium erat ab ortis versus orientem qui sunt hodie
ad edem sancti laurentij in lucina. nostro tempore vidimus
perfringi marmora in quibus erant radij aenei et multa
signa supraque erat horologium solariu(m) cuius Plinius me-
minit in campo martio et longe ab scala solis horo-
logij effossa tellus ad puteos faciendos reperta

Stilla

Stillicidium

Gutta

Stillatim

Continuo

Aternus fl(uvius)

Amiternini

Sallustiorum familia

Candidati

De Campo martio

QUIRINALIS mons

Plinius

marmora vidimus in quibus sculpta erant. Cornua [?] ...
fuerunt quotiens apud veteres reperitis simpliciter
collem inter montes urbis intelligendum est de quiri-
nali. Cumulus ille qui appellatur hodie acceptorius
factus est ex terra egesta pro fundamentis columne solidis
marmoree ut in vita Antonini legitur. Terra tante al-
titudinis fundamentorum posita fuerit ut terra egesta
fecerit in campo martio tumulum instar montis
facit ad(verbi)... i(d est) qui non ambit duxit ostendit. Predes
dicuntur a fide prestanda satisdatores et fideiussores pro
re de qua apud iudicem lis est ne interea quis eorum
diffidens cause possessionem deteriorem faciat. Idem
sunt et mancupes ... et hi in provinciis ad alia pub(li)ca
negocia destinati et non poterant esse nisi ex principibus
[i(d est) ex patritijs]
romanorum. Non omnes et senatores patritij senatores qui
questus causa decimas per provinciales redimunt et suo
periculo exigunt et in erarium inferunt. Cautum quoque est ut
Mancupes ab aratoribus pro frumento pecuniam acciperent et
dicuntur mancupes a certo pignore ab altero fidem prestabant et
idem predes qui tamen debent prestare populo quod pro-
miserant quam illi pro quibus predes et mancupes facti
erant. Predia sunt ipse res ut apud Ciceronem libro iij
in verrem et predia pro cur... Cicero ait ex predibus prediisque
vendundis: Bona predia dicuntur bona satisdatoribus
obnoxia sunt sive in mancipijs sive in pecunia numerata
et predia et domus agri hec omnia venduntur.

Cumulus acceptorius

predes unde

satisdatores

fideiussores

Mancupes

Patritij

Senatores

Mancupes

Predes

Predia Cicero

Bona predia

predia